



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Incllyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
proprietary Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

**González Téllez, Emanuel**

**Francofurti Ad Moenum, 1690**

Caput XII. (a) Idem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74526)

parentum in nuptiis filiorum agemus in cap. 1. de  
despons. impub.

confensisset, non posset eam licite repetere, ut probaui supra in cap. 1. ex quo commentario præsens  
petendum est.

(d) Concessit ad tempus. ] Aliàs si in perpetuum

## CAPUT XII.

(a) Idem.

Placet nobis, & tuam prudentiam commendamus, quòd in causis dubiis Sedis Apostolicæ consilium requiris. Licet enim præditus sis scientiâ litterarum, ad matrem tuam Rom. Ecclesiâ idcirco deuotè recurris, ut habitâ, super quo dubitas, responsione condignâ, quam in similibus seruire formam debeas, euidenter agnoscas. Per dil. autem filium W. Decanum Cathalaun. Apostolatum nostrum sollicitudo tua consuluit, utrum mulier, quæ credens (b) mortuum maritum, habitum religionis assumpsit, & eo reuerso, de monasterio (c) educa fuit, post obitum viri sit ad obseruantiam regulæ compellenda? Super quo disc. tuæ sic respondemus, quod licet votum ejus non tenuerit usquequaque, eatenus tamen fuit obligatorum, quatenus se poterat obligare: promisit enim intrando monasterium, se non exacturam carnis debitum, quod erat in potestate ipsius; redire uero ad seculum, in ejus potestate non erat, sed in potestate mariti: & ideo quantum ad ipsam tenuit votum, quod post viri obitum tenere non desit, cum ad eum casum redierit, à quo poterat efficax habere principium. Consultius itaque dicimus, & ei congruentius ad salutem, prædecessoris enim felicitatis memoriæ Alexandri (d) Papæ vestigia imitantes, ut uanitatibus seculis derelictis, ad monasterium redeat, ubi bonâ ducta intentione professionem fecit, & habitum religionis accepit. Si uero ad hoc induci non poterit, in uitam ipsam credimus non cogendam.

## NOTÆ.

1. (a) [Dem.] Ita etiam legitur in secunda collectione, sub hoc tit. cap. 4. sed nec in ea exprimitur Prælatus, cui rescribat Pontifex, & forsitan scripsit Episcopo Cathalaunenfi, de qua Ecclesiâ egi in cap. 57. de elect.

(b) Mortuum maritum. ] Et per consequens cum falsa causa, argum. final. ff. de hered. instit.

2. (c) Educa. ] Per maritum, qui jure eam repetebat, ex traditis in cap. 1. hoc tit. unde cum professio nulla esset ex defectu consensus viri, ideo Cælestinus ait, defuncto viro monendam eam esse, non cogendam, ut ad monasterium reuertatur; quoad castitatem uero promissam tenetur soluto matrimonio eam seruire, quia renuncians juri proprio, eam promittere valebat. Basilii lib. 9. de matrim. cap. 11. & lib. 10. cap.

final. probaui in cap. quidam 3. hoc tit. ubi textum hunc exposui.

(b) Alexand. III. ] Relati in cap. 1. hoc tit. Nec huic constitutioni aduersatur P. Blesensis epistol. 19. ubi uxor, quæ falso rumore decepta, & mortuum virum existimans, professionem in monasterio emisit, & reuerso marito egredi coacta fuerat, mortuo ipso viro non cogitur redire ad monasterium, ex ipsius Blesensis sententia; immò alteri nubere potest. Nam id accipiendum est, quando votum castitatis emisit, cum habita consideratione ad vitam, & professionem regularem; quia tunc cum professio ipsa nulla sit, deficiente consensu ipsius viri, non solum eo defuncto ad religionem redire non cogitur, uerum & ad secundas nuptias transire valet, juxta adducta supra in capite 3.

## CAPUT XIII.

Innocentius III. Archiepiscopo (a) Pisan.

AD Apost. Sed. Et infra: Cum autem vir & uxor una caro sint per copulam conjugalem effecti, nec una pars uerti possit ad Dominum, & altera in seculo remanere, profectò non est alter conjugum recipiendus ad obseruantiam regularem, nisi reliquus perpetuam continentiam repromittat: nec vitam quoque debet mutare, nisi fortè ejus ætatis sit, ut sine suspitione incontinentiæ valeat in seculo remanere.